



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

104. Antiochenorum In Iulianum dictum facetum, de eius promissa barba, cum illis omnium rerum difficultatem in peius correxisset, diminuens nimium rerum venalium precium, vnde discedentibus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

104. ANTIOCHENORVM IN
 Iulianum dictum facetum, de eius pro-
 missa barba, cum illis omnium rerum dif-
 ficultatem in peius correxisset, dimi-
 nuens nimium rerum venalium pre-
 cium, vnde discedentibus mer-
 catoribus, ciuitas rebus ad vi-
 tam necessarijs paulatim
 destitui coepit. Ca-
 pite 40.

Tondeatur, vt ad funes eius proficiat
 barba.

*Antiochena vrbs crudelis apostata, rerum
 Quam decuit, precium vilius esse iubet.
 Post fugit iratus mercator & institor omnis,
 Omnibus hinc dolet vrbs indiga facta bonis.
 De barba immanis proluxa scomma tyranni
 Exoritur merito, debita fata canens.
 De barba illius tondendo nouacula tollat,
 Quod iuuet ad funem, proficiat q̄ viro.*

105. ALIVD SCOMMA, SEV DI-
 cterium facetum vulgi in Iulianum, de
 tauro, cuius signum in numismate, quia
 taurum saepe dijs immolabat, inscul-
 psit. Ideo vulgus dicere coepit: Hic
 Taurus mundum euertit.